

Ducatu, & haec tenus sententiæ non paruerit. (2.) Ultima hac vice non juravit, sed simplici mandato post recuperatam sanitatem iustus est Principatu excedere. (3.) durum est, ubi nondum de probabili vel malitia revertendi causa constat, statim perjurum occidere, (4.) Antea ad opus publicum condemnatus fuerat, cui sententiæ ob casum fortuitum morbi parere non potuit, quin potius executio ob eam causam propter dimissionem peragi plenè nequivit: Interea (5.) ad talem statum exequendi sententiam rediit, utique (6.) existimavimus, vita ipsius parcendum, & pœnam operis publici per totam vitam tandem in ipso esse exequendam.

ARTIC. CIX.

Pœna Magiæ & Veneficii.

Straff der Zauberer.

So jemand den Leuten durch Zauberer Schaden oder Nachtheil zugefüget/ soll man ihn straffen vom Leben zum Tod/ und man soll solche Straff mit dem Feuer thun. Wo aber jemand Zauberer gebraucht/ und darmit niemand Schaden gethan hätte/ soll sonst gestraft werden / nach Gelegenheit der Sach/ darinnen die Urtheiler Raths gebrauchen sollen / wie vom Rathischen hernach geschrieben steht.

AD ARTIC. CIX.
ARGUMENTUM.

Magus aut incantator, qui suis veneficiis damnum dedit alteri, igne concremandus: sed si nemini nocuit, extra ordinem arbitrarie juxta sententiam Prudentium puniendus est.

EXEGESIS.

(I.)

DE Magis, Sortilegis, incantatoribus, & veneficis, quid scilicet illi præstare queant, & numquid revera hominibus noceant, an vero ex illusione Dæmonis hoc fiat, consuli poterunt Bodinus l.2. de Magor. Dæmonomania per tot. Godelman in egregio Tractatu de Venefic. & Lamiis. Martinus Delrio in Disquisit. Magicis, Et Gilhausen in

Y y 2

Arbor.